

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eved bûr Y"Y Sive Dissertatio Textualis De Servo Dei Electo ad Jes. XLII: 1.

Marburgi Cattorum: Typis Hæred. Joh. Jodoci Kürsneri, [1709]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn882058371>

Druck Freier  Zugang



93

Fa 1092 (93)

^{hw 10.}
עֶבֶר כָּחֹר ^{II}
SIVE
DISSERTATIO TEXTUALIS
^{D. e}
SERVO DEI
ELECTO

ad Jes. XLII: 1.
QUAM

Servo simul & Rege nostro auxiliante

PRÆSES

JOHAN. HENRICVS
HOTTINGERUS,

ANTIQUIT. JUDAIC. PROFESSOR ORD.

Henr. ex Henr. Nepos

E T

RESPONDENS

GEORGIUS GUILIELMUS
GUNTHERUS Dadenâ Saynanus.

Placido Nobilissimorum Theologiae Cultorum examini

In Auditorio Theologico

Ad diem 17. Augusti M.DCC.LX.
submittunt.

^{25.}

Alarburgi Cattorum Typis Hæred. Joh. Jodoci Kürsneri, Academia Typogr.

VIR O Prenobilissimo, Consultissimo, Prudentissimo,
DOMINO

DN. MATTHÆO FRIDERICO
SCHULZIO Archiprætori Dioceſeos Fri-
denvvaldensis gravissimo , Cognato suo summe
colendo.

VI &

VIR O Reverendo, Clarissimo, Doctissimo
DOMINO,

DN. JOHANNI GUILIELMO
GUNTHERO, Ecclesiæ, quæ Christo Da-
denæ colligitur, Pastori vigilantissimo , Parenti
filiali obsequio prosequendo.

Nec non

VIR O Nobilissimo, Honoratissimo,
DOMINO

DN. PHILIPPO GUNTHERO,
Mercatori famigeratissimo, Patruo honorando.

Fructum hunc Academicum ea, qua decet,
observantia sacrum facit.

GEORGIUS GUILIELMUS GUNTHERUS,
SS. Theol. Studios.



DISSE^TRAT^IO TEXTUALIS,
DE
SERVO DEI
ELECTO

Ad Jes. XLII, 1.

חִנְעָבְדֵי אַחֲמָךְ בּוֹ בְּחִרְיוֹ רָצָחָה נֶפֶשׁ:
Ecce servus meus, quem (fortiter) teneo; electus meus,
[in quo] acquiescit anima mea.

I.

Redibiliter verba hæc incident in quin- Quando vass-
decim illos annos, qui vita Ezechiæ cimium hoc
Regis Pii additi fuere conf. Es. xxxviii, proferebatur,
& xxxix. Annum tamen determinandi
nullum indicium Vates noster præbet.

Hoc autem tempore Idolatria latissi- Idolatria in
mè grassabatur atque quorumvis Gen- mundo grasse-
tilium, qui in propriis, non Dei, viis am- batur.

bulabant, animos occupabat. Imò il-
los ipsos quandoque inficiebat, qui le-
ge, miraculis, constanti אֱלֹהִים יְהוָה Jehova אֱלֹהִים unum, Idola
— בְּלֹא אֱלֹהִים אֱלֹהִים esse nosse poterant, debebant. Quem-
admodum ἐν Achasi ob summam impietatem invisi Deo cultus
Idolatricus ubique in Gente Judaica conspiciebatur & licet Eze-
chia, qui multum paterni dissimilis ingenii, regnante Iherus pub-

A

licē



licè introductus fuerit, verosimillimum tamen animos à scelere illo haud ita purgatos, quin subinde mente saltē, cum Diis gentium scortati fuerint, quin simulachra eorum oculis fascinatis intuitionem fiduciam in illa reposuerint.

*Hanc Propheta varie impugnat c. XL.
XXI.*

II. Quare Jesaias gloriae divinæ & salutis populi studiosus eo omni nisu contendit, ut ad conscientiam demonstraret illum solum verum Deum unicè colendum esse, qui creator cœli & terræ, qui potentia sua omnia conservat & prudentissimè gubernat, qui causus eventuros longè ante prædictit: Religionem verò Gentilium vanam & inanem esse, adversari Naturæ divinæ atque etiam *læsi*, *reverentiam* *de* *quod* *or* *rever* *er* *is* immediata revelatione Dei in cordibus nostris, Deos gentium stipites, muta idola omni potestate bene aut malefaciendi destituta esse, uticapp. XL, XLI. videre est.

*Sed c. XLII.
affenauit illum, cap. XLII. graphicè commendatur servus Dei fidelissimus, dilectissimus, humillimus, mansuetissimus, cuius legem ipsæ Gentes, quæ nunc a'θ'os sunt, anxie exspectant q.d. O! stulti qui Idola, quæ nihil sunt, tantoperè colitis, estimatis, timetis, omnes actiones vestræ vanæ & irritæ sunt. Desistite potius ab hac vestra amentia atque attente illum intuemini, qui voluntatem veri Dei recenset, implet, quique idcirco Deo gratissimus existit, ut ab illo Jus, quod producturus, percipiatis &c.*

*Thema differ.
tationis.*

*N Personæ
loquens, qua
Deus.*

III. Ut igitur hanc *Idola* *alpia* in posterum relinquant, affenauit illum, cap. XLII. graphicè commendatur servus Dei fidelissimus, dilectissimus, humillimus, mansuetissimus, cuius legem ipsæ Gentes, quæ nunc a'θ'os sunt, anxie exspectant q.d. O! stulti qui Idola, quæ nihil sunt, tantoperè colitis, estimatis, timetis, omnes actiones vestræ vanæ & irritæ sunt. Desistite potius ab hac vestra amentia atque attente illum intuemini, qui voluntatem veri Dei recenset, implet, quique idcirco Deo gratissimus existit, ut ab illo Jus, quod producturus, percipiatis &c.

IV. Juxta institutum nostrum priora solum verba *Ecc*

servus meus, quem ieneo; electus meus, (in quo) acquiescit anima

mea in nomine & timore ejus, qui penitorem servi sui amantissimi

contemplationem nobis injunxit, expendemus.

V. Quamvis nomine persona loquens non exprimatur, nexus tamen & circumstantia Deum esse clarè evincunt. Idem hic loquitur qui c. XLI, 22. *Jehova* dicitur, quique *Hierosolyma Evangelista* dedit v. 27. Nec alii cuiquam servus Gentes inter Jus producturus, legem, qua hactenus destitutæ erant, insulis daturus commodè assignari potest: Et qui inferius v. 5, Deus fortis, *Jehova*, creator cœli, qui servum hunc in Justitia vocavit atque manus prehendit, constituitque in foedus populi & lucem gentium, nominatur. Persona igitur, quæ loquens ab Jesaia introducitur, est Deus potentissimus, sapientissimus, qui jus habet homines, fœderatos speciatim, alloquendi, conscientias nostras ad assensum verba

verbo suo verissimo, sanctissimo obligandi. Hic nunc, ut simulus gloriae suæ, quam alii Es. XLII, 8. qui Deus non est, conferendam minimè permittit, Idololatras à vana & periculo plena scientia serio retrahit, veros autem cultores confirmat, utrosque ad veritatem proponendam clare intuendum exhortatur. *Ecce servus tuus. Sermo, mens, quem teneo; electus meus, in quo acquiescio &c.*

VI. ¶ *Ecce* uti ordinariò, ita hic cum tñere, rarius cum *In quo norans*, sègol, scribitur, Emphaticum est et ideo malè à Lxx & qui hos seda particula, quitur, Arabe omittitur. Demonstrat hic personam existentein, ¶ *Ecce.* dignitate gravem, venerandam atque ad illam cognoscendam, admirandam excitat. Ita enim ¶ in scriptura adhibetur. Nec impedit, quo minus particula in omnilitudine sua accipiatur. Servus, quem indigitat, jam existebat, utpote ille Deo complacentiam excitare dicitur. Hoc tamen non obstante successu temporis clarius tanquam fidelis servus Dei Judæis & Gentibus innotescet. Rectè igitur, qui jam existebat, quasi digito *ecce* monstratur conf. Gen. III, 22. Joh. I, 29. Quia autem hic servus non hominum vel potentissimorum servus, sed ipsius Dei, imò servus, quem ~~mar-~~
~~longdias~~ fortiter tenet, sicut, in quo Deus in se Beatisimus acquiescit, ut munere præclarissima, Deo dilectissima persona accurate contemplandasistitur. *Ecce servus meus &c.* Ita idem Vates c. vii. *הִנֵּה Ecce virgo grava*da, quando lectorem de persona præclara & admiratione dignissima admonet.

VII. Nunc proprius illum, quem Deus nobis commendat, *Dein quis ser-*
intuebimur. Ubi primò descriptionem in se: Postea, cui illa con-*vus Dei dic-*
veniat, considerabimus. Appellatur ¶ servus Dei: *Ecce servus tuus.*
mens. Deus, qui jure creationis & conservationis Dominus totius mundi est, omnes homines sibi subjectos & servos suos agnoscit *אָדֹן כָּל־הָרֶבֶת Dominus totius terra*. Jos. III, 11-13. & nos omnes ejus servi Luc. XVII, 10. Attamen sèpissimè is Dei servus appellatur, cui speciale aliquod officium nomine Domini Domini-
rum aut in honorem ejus obcundum incumbit: *Quomodo Pro-*
phetæ, Apostoli, qui voluntatem cœlestem nobis proponunt, in-
culcant, servi Dei appellantur Jer. VII, 25. XLIV, 4. XXVI, 5.
Dan. IX, 6. Tit. I, 1. Pariter Sacerdotes, qui ea, quæ populi sunt,
apud Deum curant, immundos peccatores cum Deo reconciliant
תְּמַשְׁרָתָה Servi Adonai Joel. I, 9-13. Nec minus Reges, Principes

potentissimi, qui homines, creaturas Dei, ex delegata potestate ad tempus regunt aut puniunt, Domino cœli servilem operam præstant, quare Moses Num XII, 7. Jos. I, 2-7. David II. Sam. III, 18. Nebucadnezar Jer. XXV, 9. XXVII, 5. XLIII, 10. Servus Dei audit, Recetè in Manuscripto Majoricano, utihabet Joseph. de Voisin ad Raym. Mart. Pug. Fid. p. 302. ed. Lips. 1687. **עֲבָדִי פָּרוֹשׁ שִׁיעָה מְשׁוֹנָא רַצֵּן לְפָרָעָה** *Quod dicitur de Nabuchodonosore servus meus, sensus est, quatenus faciat voluntatem meam, nesciendo ne de inimicis meis.*

*Nomen
decoris.*

VIII. Neutquam igitur dèdecoris aut vilis conditionis nomen servus Dei est. Ingens enim discriminem inter servos simpliciter, aut servum hominis cuiusdam & dein servum Dei. Ille abjectus, miser & infirmæ sortis homo. Quamvis non nunquam servi etiam dicantur, qui relatè ad alios in eminenti dignitate constituti sunt, veluti Principes, consiliarii, Gen. XX, 8. &c. Hi tamen semper superiorem ex hominibus, ut Dominum, reverentur. Hic vero in officio suo solum Dominum, qui uti omnia creavit ita omnia potentissime conservat, aspicit, colit, mandata ab illo accipit & exequitur, nulla hominum, qui nullam præcipiendi aut præceptum refigendi potestatem habent, ratione habita. Servus enim dignitatem à Domino accipit: Utinunc Deus in nullam comparationem cum homine vel potentissimo (nam & hic ejus servus est) descendit, ita quoque servus Dei servum hominum longissimè superat. Igitur persona, quam Deus servum suum nominat, eminentissima, potentissima intelligitur.

*τάις Ταΐς
Lxx est idem
as servus.*

IX. A Lxx vertitur τάις, quod in usu frequenter idem est ac δελφοὶ servū. Hinc dicti senes Hebr. **עבדים** sive servū sexcenties per τάις convertunt vide Gen. IX, 26. 27. XII, 16. XIV, 15. Alia non memoro. Hos imitantur, ut alibi saepius, scriptores N. Testamenti, qui duo illa nomina promiscue adhibent. Ille, qui Matt. VIII, 6. τάις dicitur Luc. VII, 2. δελφοὶ vocatur, imo ab eodem Matthæo v. 9. Similiter apud Hebræos qui **עבדים** servi vere sunt, nomen **נוֹרָיִם** puerorum habent Gen. XXII, 3. II. Reg. IV, 22. Idem apud Græcos profanos & Latinos Auctores circa nomen puer obtinere jam dudum illi, qui has literas excolunt, demonstrarunt. Commodo id fit, nam servi sive domestici sive militiae adscripti Juvenes viribus corporis valentes eliguntur. Dein invidiā

(5)

diam nomine non à servitute sed àestate petito declinabant. Huc pertinet Macrobi dicitum: *Nostri majores omnem Dominis invi- diam, omnem servis contumeliam detrahentes, Dominum Patrem familias, servos familiares appellaverunt.* Lxx, igitur nihil aliud dixerunt, quam nomen Hebraicum vult, quare illud Matthæus c. XII, 18, meritò retinuit.

X. Non simpliciter servus Dei vocatur, quasi ex classe com- *Vocabulum munium servorum esset, sed διαφορά λέπως modo excellentissimo no- חֶמֶךְ varie men illud gerit: Ecce servus meus נָתַךְ בְּנָה. In quo tamen emi- accipitur ab nentia hæc consistat, ex versionibus, quæ in diversa abeunt, accuratè Interpretibus, cognoscinequit. Lxx ἀντίληφας; hinc Vulg. *suscipiam eum.* Jo- nath. *אֱמֹר בְּנֵי יִשְׂרָאֵל applicabo eum.* Seb. Schmid. *in quem incumbo.* Jun. quem sustento. Coccej. quem teneo. Gall. Genev. je le maintiendraï Luth. ich erhalte ihn. Tig. an welchem ich mich halten will. Munster- rius, Vatablus, innit ar ei. Ita Grotius. Forerius. *sustinebo eum.* Jud. Germ. da ich mich auf verlassen. Rabbi Naphthali d. *Hirsch Alt* schüler: das ich mir darf darauf verlassen. Quare, ut in significatu certissimus, nostrum est loca scripturæ, in quibus חֶמֶךְ exstat, atten- tius inspicere & examine facto notionē maximè commodā feligere.*

XI. Adscribitur vel Deo vel hominibus: His, uti mulieri- *In scriptura bus fuisum tenentibus Prov. XXXI, 19. sive, qui rem uti donum modo Deo,* Jes. XXXIII, 19. sceptrum Amos. I, 5-8. sive personam tenent modo homini- Exod. XVII, 12. ad sustinendum aut ad dimovendum Gen. XLVIII, 16. quare nonnunquam instrumentum, quod manus est, disertè tribuitur. exprimitur Prov. XXXI, 19. Es. XLI, 10. Hinc transfertur adres, quæ propriemanu non tenentur, sed possidentur, uti dixitiae Prov. XI, 16. gloria ibid. sapientia Prov. III, 18. IV, 4. Illi, quando fideles fortiter tenet Ps. LXIII, 9. Jes. XLI, 10. ne adversitates quidquam prævaleant, aut sortem Messiæ Ps. XVI, 5. vel ipsum Messiam Ps. XII, 13. Postponitur τὸ πῖπι ut majorem apprehensionis vim ha- bens vide Prov. III, 18. Lxx. per αὐτοὺς μεβάνειν, σηγίζειν, καταρτίζειν, οὐφαλίζειν &c. vertunt.

XII. Nunc dispiciendum erit, quomodo Deus de servo suo *Hic indicat* dixerat נָתַךְ בְּנָה. Munus, quod huic servo obeundum, gravissi- auxilium, mum erat: Divinum scil. nam jus, legem Gentibus daturus, illas *quod servo suo Deus pro-* illuminaturus: captivos in libertatem educturus erat; vide enim, que de illo in sequentibus. Legem novam populo, qui hactenus ab illa immunis erat, dare, cœcos illuminare, captivos manu ejus, mittit.

A 3

qui

qui illos tenet, liberare non sine maxima potentia, obstaculis quoque durissimis superatis, evenire potest. Itaque Deus inquit **אַתָּה בְּנֵי** fortiter illum tenebo. Ego, cuius potestati nemo resistit, dextra illum tenebo, non deseram in difficillimo hoc munere sed potentia mea ipsi adero: in adversis, gravissimis licet, quæ ipsi in servitio meo occupato evenient, ipsum fulciam, erigam, defendam.

*Kimchii &
Abarbaneli
sententia
expenditur.*

XIII. Aliter phrasin accipit Kimchius & Abarbanel. Ille **רֹךְ מֶלֶךְ** כמו המלך הנשען בעבדו הנאמן לו similitudo à Rege desumpta est, qui servum fidum, cui innititur, habet. Hic **הָוֶה דָבָר הַמְשִׁלֵּי** כמו המלך הנשען בעבדו נאמן ביו quod cum Kimchii verbis convenit. Vide utrumque in Comment. ad nostrum Prophetæ locum. Hos præter Judæos, quorum versio superior exstat, ex Christianis sequi videtur Seb. Schmidius. Negari certè nequit commodam inde oriri interpretationem atque insuper probari exemplis fidorum servorum, quibus Reges innitebantur 2. Reg. V, 18. At hæc nondum sufficient, Ea genuinam interpretationem nondum constituant, quæ commode & cum εὐαλογίᾳ πλεον dicuntur. Necesse præterea est, ut hic sit vocis Originalis valor, qualem in **תְּמִימָה** non reperio. Nam potius adhibetur de iis, qui lassi manibus fulciuntur Exod. XVII, 12. Conf. quoque XLI, 10. Ne timeas, quia tecum ego: ne respice, quia ego Deus tuus: corroboravi te, etiam adjuvi te, etiam תְּמִימָה fortiter tenuisse dextrâ justiciam meam. Ubi Lxx οὐ φαλισάντων εί.

*Servus hic
insuper electus
Dei dicitur.*

XIV. Progredimur attente visuri, quæ Deus in hoc servo suo insuper cognoscenda tradit, dum ait: *Electus mens, acquiescie anima mea sive (in quo) acquiescit anima mea.* Talia apud Hebreos frequenter deficiunt & ex nexu facile supplentur. בְּחֹר וְלֹא שָׁתֶּה ille dicitur, quem Deus præ aliis ad certum munus destinavit, quomodo Saul בְּחֹר וְלֹא שָׁתֶּה dicitur II. Sam. xxI, 6. Moses Ps. cvi, 23. Ecclesia Es. XLIII, 20. XLV, 4. quam ad servitium & gloriam liberè selegit. Quando autem Deus servum suum electum suum appellat, ostendit amorem & propensionem suam, in qua illum libere ad sibi serviendum præ aliis elegit.

*In quo acqui-
escit.*

XV. Ut hunc fidum servum suum fortius commendet, superaddit *in quo acquiescit anima mea.* Saul quoque erat electus Dei, quem Deus ad regnum populis sui unxit, sed in illo non acquievit anima

92 7 102

anima ejus. Deo non gratus erat. Is dicitur **רִצְצָה** acceptus, gratus, qui non tantum nihil agit aut loquitur quod proximo adversum videtur sed animo integro, fidei cuncta ad hujusmodum, honorem, posthabita omni molestia, impedit ut hic conspecta ejus integritate non possit non illi bene velle. Quomodo Mardonius **אַחֲרֵי לְרוֹב** acceptus multitudinifratrum suorum, nam bonum populo suo quarebat & loquebatur pacem pro omni semine ejus. Esth. X, 3. Ita de electo hoc servo Deus testatur; illum gratum habet anima mea: nam, ut sequentia docent, munus fideliter executus est, infideles ad cognitionem Dei perduxit, qui alienae potestati subjecti erant, illa exemit atque Domino suo adduxit: Hac ratione fidelis servus gloriam Domini ampliavit, regnum ejus auxit, sed hostis, non tamen sine adversitate, imminuit. Quare Deus gloria sua studiosissimus atque amantisimus illorum, qui se fideles praestant, inquit נְצָחָה illum acceptum habet anima mea, in illo acquiesco, qui nihil contra sed pro me & gloria mea omnia fideliter egit. Quando Vates legit רִצְצָה נְשָׁי acceptum habet anima mea, coincidit cum phrasι רָוֶת יְהוָה /ehovā beneplacitum habet Ps. CXLI I, 11.

XVI. Haec premissa ad subiectum dignoscendum facile ducunt. Circumpiciendum enim nobis est, cui ea, quae Deus de hoc servo suo tam magnifice praedicat, εἰ μηδέσθι convenient. Praeclera profecto persona à Deo intelligitur, quam nobis tantopere commendat ab officio gravissimo, potentia divina, gratia peculiari & quod inde oritur, beneplacito Numinis. Viam tutissimam ingrediemur, primò κατὰ προτί dein κατὰ δέσιν, falsum subiectum, quod nonnulli hic latere opinantur, detegendo, postea verum variis rationibus determinando.

XVI I. Primò nominandi sunt illi, qui Ecclesiam his sub verbis intellectam judicant, ut Lxx. Ιακώβ ὁ παῖς μωϋ ἀντιληφουσας: Ισραὴλ ὁ ἐκλεκτὸς μωϋ, αποστόλος ἀυτὸν ἡ ἄγνωστη μωϋ. Quomodo etiam quosdam sentientes Abaranel ad h. l. memorat, qui expoununt **עַל צָרִיק וּשְׁרָאֵל de Justis Israelitis.** Fatendum utique est elogia, quae hic Vates nomine Dei memorat, Ecclesiae Judaicæ (scil. veræ) assignari posse. Est enim servus Dei sive Ecclesia Deum ut Dominum reveretur, mandata ab illo accipit, atque ad honorem ejus exequitur. Ecclesia, quae ex electis constat, electa & à reliquo

Servus hic secundum quosdam Ecclesia habetur.

quo impio mundo segregata est. Illa quoque Deo ob fidem & obedientiam accepta. Ino non tantum assignari potest, sed eadem aut saltem simillima de illa dicuntur. Habes in eodem Vaticinio c. XLI, 8. *Tu Israel serve mi, Jacob, quem elegi &c. v. 10. etiam חַמְכָתִין fortiter tenui te dextra Justitia mea, ubi servus dicitur & servus quem Deus fortiter tenet. Nomen vero electi passim tribuitur.* Ies. XLIII, 20. XLV, 4. Et quod attinet beneplacitum Dei in Ecclesia, illud exstat Pf. CXLIX, 4 CXLVII, 11.

*Minus tamen
recte.*

XVIII. Hæc quidem bene dicuntur sed nondum sufficiunt. Prophetæ in nexu sunt accipiendæ. Non unum alterumve, quod quadrat, evincit de hoc subiecto sermonem esse sed omnia apposita requiruntur. Quæ vero in subsequentibus de hoc servo dicuntur, ad Ecclesiam minus rectè accommodantur. Ut ies *In gentibus proferet: ad legem ejus insule expectabunt & præprimis v. 6. dedi te in fædus populi, in lucem gentium &c.* quæ satis indicant personam innui, quæ gentes haec tenus sine lege ad cognitionem voluntatis Divinae adductura sit. Itaque Matthæus, qui hoc Esaïæ testimonium, uti infra prolixè dicendum, allegavit, à Lxx recedentibus à mente Spiritus S. recessit.

*Secundum
Saadiam
Cyrus intelligitur.*

Sed sine causa.

XIX. Secundò illustris Saadias, uti refert Abarbanel, de Cyro exponit. Cyrus fuit præclarus servus Dei potentia Divina instructus ut potentissimum Ecclesiæ hostem vinceret, populo autem Dei benefaceret. Vide cap. XLV. & 1. ap. Esram. Nequit tamen esse servus, quem Esaïa c. XLII, 1. &c. nobis adeò magnifice describit. Quædam Cyro convenire, quæ hic Vates de servo Dei electo prædicat, mirum neutquam est, quandoquidem ille hujus typus existit atque pulchre præfiguravit in liberatione Ecclesiæ Judaicæ ex captivitate Babylonica. Verum si hic vaticinia exponendi modus genuinus esset, de Ezechia, Esra, Nehemia &c. tot aliis servis Dei verba Prophetæ accipi poscent. Cyrus erat quidem servus Dei sed non electus ille, in quo Deus acquiescebat. Neque putandum est Cyru in omnibus ita se gessisse, ut in illo Deus acquiesceret. Judæis redeundi potestatem dedit: Reddit quoque vasa abducta: Aliæ in Gentem Judaicam insigniabene beneficia contulit: Quod tamen Deum Israelis unicè, pure coluerit, in cultu constans exstiterit neque Deos Majorum suorum veneratus fuerit, de Cyro nolle affirmare. Et per consequens nolle dicere

dicere illum esse servum Dei electum, quem anima Dei gratum habet. Vel quomodo Deus in illo acquiesceret, à quo non unicè, purè, constanter ut verus & unicus Deus, redemptor generis humani agnoscitur, colitur, amatur? Taceo alia, quæ sequuntur, Cyro haud convenire.

XX. Tertiò appellandi sunt illi, qui de Esaia vel simpliciter vel ut *Secundum typum Christi* explicant. Illi sententiae addictus ab Abarbanel citatur *llos Esaias*. quidam R. Abraham. Huic Illustris Grotius in annotat. ad h. l.
Bene cuncta intuendi apparebit Dei sermonem redire ad Esaiam de quo supra c. XLI, 27. sublimius autem hæc impleta in Chri- Etiam hec sto, cuius figuram, quantum potuit, gessit Esaias. Neuter opinio rejici- satisfacit, quamvis ille minus quam hic. Esaias populi Judaici sur. Vates solùm exstitit, neque ipse מושע jis Gentibus exposuit, aut legem habuit, quam Insulæ expectabant: Multo minus dici potest Esaiam in fœdus populi aut lucem gentium datum esse, qualia de hoc servo dicuntur & in εποχας exponenda sunt. Novi quidem hæc aliquo modo ad Esaiam applicari posse sed ille verba non exhaustit. Præstat, præsertim ubi accedit explicatio Sp. Sancti, verba juxta innatam vim de uno aliquo subiecto accipere.

XXI. Hoc vero plenissimo Jure MESSIAS est, quein Vates indubitatò hic indigitavit. Quod nunc clarius probabimus. Se- Intelligitur quemur autem hanc Methodum. N. allegando testimonia V. T. que alibi eadem de Messia prædicant. 2. dein expositiones Veterum & hodiernorum Judæorum convenientes. 3. Autoritatem Sp. S. in N. Testamento, &c. ad oculum monstrando omnia prædicta hujus servi perfectissime Messiae Jesu Nazareno, convenire: Hoc si demonstravero, nihil ad probationem restare video.

XXII. N. Testimonia, quæ eadem de Messia prædicant, quæ hoc loco, plura tum apud Esaiam, tum apud alios scriptores sacros ex- Messias alibi in V. T. etiam stant. 1. vocatur servus & quidem Dei. Ille c. XLIII, 10. *Vos testes servus dicitis ועבדי* & servus meus quem elegi. Jonathan servus mens מישיחהה tur, Messias c. L, 10. *Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui* LII, 13. Ecce feliciter ager servus meus, exaltabitur, extollebitur & altus erit valde. Ubi Tanchuma ex cit. Jalkut Schim. זה מלך המשיח יוסט ונשא ונכח מרן רום P. 53. 3. f. Hic est Rex Can Abram ומלך נושא נסעה מלאכי השורה Messias, qui exaltabitur, extolleretur & altus erit valde: scil. exaltabitur præ Abraham & extolleretur præ Moysi & sublimior erit.

B

An-

*Angelis. Sic c. LIII, ii. In cognitione sui justificabit justus servus
meus mulier. Praeclarè etiam Ezechiel qui simul nominis rationem
exhibet. xxxiv, 23. Et suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat
eas, servum meum David, ipse pascet eas & ipse erit in pastorem.
Ego autem Dominus ero eis in Deum & servus meus David prin-
ceps in medio earum. conf. XXXVII, 24. 25. Zach. III, 8. Es.
XLIX, 6. &c. Huc quoque facit Ps. XL, 7. זי
aures perforasti mihi, me servum tuum publicè declarasti. Ita enim
in gente Judaica servi voluntarii notabantur Exod. xxii, 6. Hinc
commatibus 8. 9. 10. 11. se servitium Domini suscepturum atque si-
deliter impleturum promittit.*

*Atque illi as-
sistentia pro-
mittitur.*

XXIII. 2. Quemadmodum Deus servo promittit, fortiter eum tenebo, ita idem de auxilio præstio gloriatur. Ps. XLII, 13. *Quod ad me, in integritate mea חסנְתִי fortiter tenuisti me & constituiisti coram te in eternum q. d.* Tu Omnipotens Domine auxilio mihi in integritate cordistibi adhuc renti, gloriam tuam unicè querenti, fortiter adfueristi, ut hostes meos, mortem ipsam, feliciter superaverim: Tu unum illis devictis me in conspectum tuum, locum gloriosum, æternum collocasti. Nam, ut ex antecedentibus patet, contra Messiam malum machinabantur non tantum hostes apertis & ille, qui ipsi חסן pacem, ut amicus & salutis ejus studiosus, appre cabatur, qui ipsi dicebat χαρος, unde illum אלומ שׁ nominat, qui que erat αιωνιος sive panem ab illo ut Domino accipiebat. Hic נהורל grandivit calcem adversum eum, non leviter petuit sed vehementer, ita quidem ut decubuerit. Ille v. II. à Deo erexitur dicitur.

Braueria ele-
phantis

en 1950 Den
acquiescit.

XXIV 3. *Insuper electum suum appellat, quem servitio suo præ aliis destinavit.* Alibi idem de Messia. Jes. XLIII. 10. *Servus meus אשר בחרתי quem elegi* Cant. V. 15. *electus ut Cedri.* Ut Cedrus viliores arbores pretio superat, ita Messias servus Dei præ omni alia creatura estimatus est. *Est Angelus מלך אחד מניאלה Interpres,* benignus intercessor *unus ex mille,* non gregarius sed extimus, præstans, cui alii non comparandi. Job. xxxi. 23.

XXV. 4. Deinde quando de seruo hoc Deus testatur *ac-
quiescit anima mea* merito de Messia accipitur. Hic enim fido-
servitio suo gloriam Dei mira illustravit, quippe effecit ut non tan-
tum Judaei sed & Gentes ad illum accederent, illum agnoscerent,
dilige-

diligenter. Annon Messias gratus & acceptus Deo optimo jure dicitur? Sane de nullo homine in se considerato unquam Deus id dixit aut dicere valet. Verè tamen de Messia. Convenit quod de eodem legimus Ps. XL, 7. *Sacrificio & ferto non oblectabar, aures perforasti mihi, servitio meo delectatus es, &c.* XL, 11. In hoc cognovi, quod חֶצְבָּן deletaris me.

XVI. 5. Ultimè similitudinem in præstantia cognitionis hujus servi, quæ nobis commendatur, cernere licet. *Ecce*, inquit ^{ut alibi Ecce,} Deus, servus meus, quem fortiter tenebo &c. quomodo etiam aliis in locis de Messia Es. Lll, 13. *Ecce servus meus feliciter ager* &c. Brevitatis studio omittam, quæ in sequentibus de hoc servo dicuntur, conferre cum Messiae descriptione in vaticiniis reperiunda.

XXVII. ב. Quæ Spiritus Sanctus totidem fermè verbis ali- ^{De Messia ex-} bi de Messia prædicat, hæc veteres & nonnulli recentiores Judæi posuerunt & in præsenti loco apertè de Messia exponant. Nam συμβιβάζοντες ^{Veteres & re-} conferentes Spiritum Prophetæ hic testantem cum alio ejusdem Spi- centiores Iude- ritus testimonio idem subiectum sine magna difficultate deprehen- dat.

הִזְעַדְתִּי אֶקְרֹבָנִיה בְּחֵרוּ דָאֲתָרָעִי נִיה סִימְרִי
פְּשָׁחָתְאָ אֶקְרֹבָנִיה בְּחֵרוּ דָאֲתָרָעִי נִיה סִימְרִי
Ecce servus meus MESSIAS, admovebo eum, electus meus, in quo acquiescit verbum meum. Verbum hic id est ac נֶפֶשׁ anima neque enim, quod alibi in Paraphrasi Chaldaica sèpius fieri observatur, Messiam, à quo hic distinguitur, notat. R. Moses Alscheich in Comm. dict. f. XXXV, 4. inf. m.
הַנְּעָדָרִי אַתְּמָךְ נִוְוָא מֶלֶךְ הַמְּשִׁיחָה שְׁמֻרָבְּ צְדָקָה חֹזֶה
סְרִכְנָה אֶלְיָוָחָדְמָךְ נִוְוָא כְּחַדְרוֹיָם לְאָטָם מְרִכְבָּתוֹ
Ecce ser-vus meus, cui innitar. Intelligitur REX MESSIAS, qui ob multitudinem iustitiae sua est currus meus & ideo dicitur innitarei, nam illum praetulit Angelis ministerii ad currum meum sclegi. Similiter Abarbanel, qui, postquam recensuerat varias contribulium expositiones, suam ita subnecit & deducit, ut priores stolidas non sine indignatione declareret, נִרְאָה שְׁכָלָלָה הַחֲנִמִּים הַוּכָה
בְּסֻנוּרִים וְלֹא רָאוּ שְׁהַכְּחָנִים הַאֲלָה כּוֹלָם אֲפָשָׂר
לְפָרָסֶם כְּפִי הַסְּנָרָה הַוְּשָׂרָה כִּי אַבָּעָל מֶלֶךְ יְשָׁרָאֵל
מְכֹוֹת דָּרָד וְעַנְיָנִין, שְׁלַפְיִ שְׁוֹרֵךְ לְמַעַלְלָה שְׁמַמוֹתָה וְקָרָא
בְּשָׁמוֹ וְיָבָא כִּא לְכָאָר עַתָּה מֵיהָוָא וְהַאֲשֶׁר יָבָא מְפֹתָחוֹ וְיָקָרָא
בְּשָׁם הַ וְפָה תָּאִירֵו וְעַגְנִינוֹ וְכָרְמָנוֹ תָּאִרְךָ רָאשָׁוֹן וְהַאֲשֶׁר שִׁתְּהַתָּה
בְּתִhor

B 2

ב' חור ה' זאחוב לפנו ושוריה יושב ערך כנא דוד עבר ד' וכאל
אמר חן עבדיו דוד שהוא הנקרא בן נס עתה אחמור בו כי באיש
מורען אכזר לנצח וחו המשיח והוא יהוה אותו דוד בחריו
Pato omnes illos sapientes densissimis mentis tenebris laborasse, qui non viderunt omnia ea, que Vates scripsit, recte aliter explicari non posse, quam de Rege Israclis ex familia Davidis oriundo Nam superius c. XLI, 25. memorabat, quod quis ab ortu invocaturus sit nomen suum atque venturus, jam vero exponit quis ille sit, quem ab ortu venturum & nomen Dei invocaturum dixerat, que sunt ejus proprietates. Hanc primam nominat, quando dicit, illius esse electum Domini ei-que charum servum Dei, qui sessurus sit in folio Davidis: quasi dixisset: Ecce servus meus David quietiam ita appellatur: Nunc quoq; illi innirar, nam virum ex semine ejus Principem constituam, qui MESSLAS est. Hic erit ille David, electus mens, quo anima delectatur, quando ipsum Israelis Regem constituero. Vide insuper Kimchium & Naphtali did. Hirsch Alt schuler in suis ad Jesaiam glossis, & Midrasch Tillim, cuius verba nobis dedit Raym. Mart. Pug. Fid. P. II, p. m. 527.

Ipsa Spiritus S. in N. Test. de Sanctum huc Deiverba de Iesu Christo, vero Messia, in N. Testamento explicasse. Plura exstant hinc iuris finem testimonia apud Matthaeum præ reliquis Evangelistis hoc agentem, ut offendere JESUM esse MESSIAM in Vaticiniis promissum, quæ vel aperte vel tacite saltem allegat.

Matt. XII, 17. οπις πληρωθή το ἐντέλεια δια Ησαΐα τῆ προφῆτη λέγεται. Ιδία ἡ πάτη με ὃν ἔργαται, ὃ γαπαντὸς με, εἰς ἐνδόκησεν ἡ φυλὴ με. Τίνεται τὸ πνεύμα με ἐπὶ αὐτῷ καὶ κρίσιν τοῦ ἑρεβοῦ ἀπαγγελεῖ &c. ut impletetur quod dictum erat per Esaiam Prophetam, qui dixerat. Ecce puer meus, quem elegi: Dilectus meus, in quo complacet anima mea, ponam Spiritum meum super ipsum & judicium gentibus annuntiabit &c. Occasio allegati & scopus applicati vaticinii est summum illud Phariseorum & Herodianorum in Salvatorem nostrum odium, quod ipsi mortem minitabantur. Quare Christus, quia tempus ejus nondum advenerat in locum tutiorem secessit atque legem suam non solum Judæis sed & gentibus ex Idumæa, trans Jordanem & quæ circa Tyrum hababantur.

tabant & Sidonem, proposuit, miracula patravit, quorum tamē divulgationem addita intermissione prohibuit. Ut autem cognoscamus hæc non fortuito evenire, hæc de Christo prædicta esse, Evangelista testim vocat Prophetam Esiam. Hic enim in c. XLII. prædictit Messiam jus gentibus prolaturum, non altè clamaturum, uti illi solent, qui famam captant. Præterquam quod hac ratione ostendit in Iesu ~~quæ sit~~ Messia conspicua esse, simul docuit illi non obesse quod à Pharisæis & Herodianis odio habeatur. Odium hoc sine causa ortum: Ortuminde, quod ut servus Dei voluntatem supremi Domini præstet: His in iustis Iesum exosum esse, sed dilectissimum Deo. Neque veram offendiculi in eo causam positam esse, quod latere maluerit, quam strepitu & tumultu omnia complere. Etenim Charakter Messiae hic est non altè clamabit &c. Atque hoc præprimis necessarium, quoniam Messiam, pompa externa, brachio seculari potenteri ex traditionibus male edocta Gens judicabat. Conf. inf. Marc. III, 6-13.

XXX. Evangelista, quando hæc Prophetæ verba convertit, *Citatitur aliter quam in Lxx*
 neque Lxx viralem Interpretationem retinet, neque textum Hebreum ad verbum exhibet. Non prius: Verba interpretum, uti *Virali Interpretatione existant, hæc sunt: Ἰακὼβ ὁ παῖς μα, αὐτιλήφουει ἀντο. Ἰσραὴλ μη περιστέλλεται ἀντο. οὐχὶ μα.* In sequentibus quoque differentia est sed quia ista κατὰ πόδα hac vice non exponimus, illam annotare supersedemus. Minime autem insuetum scriptoribus N. Testamenti est, aliam à Lxx Virali Interpretationem in allegatione V. Test. cedere. Tum præprimis quando senes à scopo Spiritus Sancti recedunt, justissima ex causa aliam eligunt. Recedunt vero hoc in loco, quando personam, de qua Vates loquitur, Israelem faciunt, non satis accuratè dignoscentes ab Es. XLI, 8: Nisi malis incuriæ librariorum aut alii, quam ipsis Interpretibus, immutationem as signare, cuius in hac versione plura exempla dantur. Quo pertinet observatio Eruditissimi Drusii, Nomina Jacob & Israel olim absuisse à cæteris editionibus & in Lxx notata esse obelisco. Sed obeliscorum usus potius est ad notandum ea, quæ Interpretes de suo veritati Originali addiderunt, quam corruptionem indicandum. Non posterius: quia Matthæus pro Hebræorum חתְּנָה fortiter tenebo, habet ἡπέντοντα elegi. Pro בְּחִירֵי electus mens habet δ' γαννῆς μη dilectus mens. Solent enim

enim Scriptores N. Testamenti, qui non minus ~~destruimus~~ sunt, ac Prophetæ, non tam verba quam verborum sensum nobis dare atque ita expositionem addere. Exempla passim exstant. Præprias in allegationibus hoc agunt, ut scopum exhibeant. Quem hac immutatione Matthæus minimè omisit. Est quidem differentia inter fortiter tenere & eligere. Nihilominus is, qui suscipitur, manus prehenditur, electus quoque dici potest; quos enim quis sibi legit, illos quoque defendit, tueretur. Unde forsitan est, quod Græcis ~~αιρετικαὶ~~ dicuntur, qui alicujus partes tenent. Diod. Sicut ~~πολὺς οὐχ εἰπεῖται τὸν ἀνὴρ δυνάσθιας~~ complures imperii fautores habuit. Nisi forsitan olim legebatur ~~ἥγετος~~ firmiter tenui, quomodo nulla prorsus variatio. Ipsæ senes ~~ἐπέδει~~ pro Hebr. חם pomunt, uti Prov. IV, 4. V. 6. xi, 6. xxix, 23. xxxi, 19. Hæc & similia illi felicius tentant, qui Codices Manuscriptos inspiciendi copiam habent. Quod attinet ~~ἀγαπητὸς~~ dilectus pro ~~electus~~ omnica-
ret difficultate; Electus enim dilectus. Ita qui hic ~~ἀγαπητὸς~~ dilectus Dei dicitur, Luc. xxii, 35. ὁ τοῦ θεοῦ ἐλαύνος electus Dei. Verba postrema ~~εἰς τὸν εὐδόκειον~~ εἰς τίνα, quæ nèquidem apud Lxx prostat sed nonnisi h. l. & in eadem Materia II. Petr. I, 17. Explicanda probabiliter ex Lingua Hebraica, quæ רצח respon-
dents Græcorum ~~εὐδόκειον~~ construit cum ב nota subinde accu-
sativi Mich. VI, 7. בַּלְעִדֵּי אֲלֹוֹת חִרְצָה י' בַּעַמְּנָה. Ps. CXLIX, 4.

Insuper Matt. XXXI. Sunt deinde duo alia in hoc Evangelio loca, in quibus par-
tem vaticinii nostri de Christo exposuit ipse Pater cœlestis. Hoc sa-
ne nostræ Prophetæ peculiare est neque ideo minimum dubium
in animis relinquere valet, verba illa non plenè & unicè de filio Dei
exponenda esse, nisi quis Divinam expositionem in dubium voca-
re velit. Jam olim Zwinglius in complanat. Isaia p. CLXIII.
Hoc responsum superne bis ingessit mundo Patris Majestas. Semel
quum baptizatus esset: iterum quum clarificatus. scil. Matth. III,
19. XVII, 5. Verba in loco priori hæc sunt: Οὗτος εἰσώμεθα μὲν
~~αγαπητός~~, iv. καὶ εὐδόκειος. Hic est filius meus, dilectus ille, in quo
acquiesco. Capellus quidem putat esse allusionem ad id, quod
habetur Es. LXII, 4. Verum quoniam, uti ipse Vir Doctor fatetur,
Deus ibi alloquitur Ecclesiam, minus necessarium, ut verba Pa-
tris

III, 17. &
XVII, 5.

tris è respicere dicamus. Sequitur igitur communem sententiam, quæ refert ad Es. XLII, 1. ubi & de Messia sermo est & similiiter à Patre vocatur **בָּחִרְיוֹן** electus mens quod, uti dixi, idem ac **αἰγαννοῖς διελέκτου μεν** iv φιλόποιος. Hæc constructio in sacris priori illa frequentior est uti Marc. I, 3. Luc. III, 22. I. Cor. X, 5. Col. I, 19. Hebr. X, 3. Nec minus apud Lxx, 1. Paralip. xxix, 3. Jer. xiv, 10. Hagg. I, 8. Jer. II, 19. 2. Reg. xxii, 20. Es. LXII, 4. Malach. II, 17. In posteriori eadem. Conf. 2. Petr. I, 17.

XXXII. 1. Restat ut ostendamus omnia prædicta Vaticiniūm nū nostri Christo convenire. Convenit vocabulum *servus*. Nam plenè Christo I. hoc nomen aut æquivalens de illo dicitur. Huc pertinent omnia convenit. loca, quæ supra ex Vaticiniis allegavimus & quæ Messiam *servum* Nam servus nuncupant. His adde Philipp. 1, 7. ubi Christus μορφὴν δούλου ob nomen λαβὼν dicitur, nam quemadmodum ἐν μορφῇ θεῷ ὑπάρχων nihil aliud vult quam Christum verum Deum esse neque illum, sive Deum appellat, gloriam Divinam rapere; ita μορφὴν δούλου formam servū illum verē servum constituit, qui in mundū venit non διακονοῦντας αὐτὸν δηλωνοῦσα ut alii ipsi ministrent, sed ut aliis ministret. Matth. xx, 28. Hebr. VIII, 2. λειτουργὸς minister sanctorum. Nomina Servitii Christi quoque sunt **Ἄποστολος**, legatus, qui ab alio mititur Hebr. III, 2. considerate *Apostolum* & *Pontificem confessionis nostra* Jesum Christum, qui fidelis erat ei, à quo constituebatur conf. Act. xxvii, 23. Joh. VI, 38. V, 30 Pastor Joh. x, 11. Ezech. xxxi, v, 23. Propheta, Pontifex &c. Tales enim laborem aliū gratiā suscipiunt.

XXXIII. 2. Christus Patrem Dominum suum agnoscit, uti. Quia Ps. XVI, 2. *Dixi ad Jehovam: Dominus es tu*, qui mihi præcipientrem Dominus habes, ut λύτρον pro iis, quos redimendos dedisti & pro qui- bus sp̄spondi per solvam. conf. Icf. XLIX, 4. Verum *Judicium meum agnoscit*, apud Jēhovam & **וְלֹא** operam ea pretium apud Deum meum, quale Dominus servos suo mercenario pro labore lato reddit Lev. xix, 13. Ergo servus Patris sui est.

XXXIV. 3. Notæ veri servi in Salvatore nostro conspicuæ 3. Note veræ sunt, quales quod servus Domino minor atque in statu servitutis *servus in Christo* illi subiectus sit; quod servitutis signum in corpore gestare; quod *to conspicuæ* Dominum honorare; quod opus servile à Domino in iunctum solicite, integrè, promptè facere debeat. Prima est, inferioritas & subiectio

*ut & inferio-
ritas & sub-
jectio erga
Dominum.*

jectio servi erga Dominum: nam servus non est meior τ_{μ} κριτης τ_{μ} -
 τ_{μ} major Dominus suo neque Apostolus major eo, qui ipsum misit Joh.
xiiii, 16. conf. Matth. x, 24. Servus proprio Domino subjectus
ex lege vivit. Tit. II, 9. Sic Christus Patre minorem se dicit Joh.
xix, 28. abeo ad Patrem τ_{μ} ταῦτη μη μάζων μη ἐστι quoniam Pater
meus me major est &c. x, 29. Pater meus, qui mihi dedit μάζων πά-
των εστι major omnibus est. Patrem Dominum suum adeoque se
illi subjectum nominat Philipp. II, 7. 8 seipsum exinanivit for-
mam servi assumens in similitudine humana factus & habitu inven-
tus, tanquam homo, humiliavit seipsum ὑπέκοος obediens, aures jus-
sui Domini humiliter subjiciens, factus.

*c signa ser-
vitutis.*

XXXV. Altera est signum servitutis in corpore. Olim in
Oriente servi notabantur, in signum illos non proprio gaudere ju-
re sed ad alios pertinere, corpus Domini esse. Hebreis familiaris e-
ratterebratio aurium, quae indicabat talem servum se sistere, τ_{μ} .
 τ_{μ} οοος, quia auribus suis iussa Domini excepturus ea que prestiturus
sit. Dein immersio in aquam, ut baptizatus τ_{μ} in nomen servi ut servus es sit,
postea talis quoque sit. Maimon, tr. c. xl, II, אִסּוֹרֵי נְיָאָה
כשם שמלין ומטבלין את הנרים כך מלין ומטבלין את
העבדים הנלקחים מן הנשים לשם עבדות הלוות
עברמן הנgio וקרם העבר וטברן לשם כח חורון כמה
עצמם והוא שיאמר בעת טבולה הריני טובך בפניכם
לשם נירות ואם טברן בפני רבו אינו צריך לפרש אלא
כיוון שטברן נשחרר לפיקך צרייך רבו לתקפו במיים עז
שיעלה והוא חזרת שעבורו ומורעיו בפניהם הרינויים שלשה
עבדות מטבלו ואין העבר טובך אלא בפני שלשה

quemadmodum circumcidunt & immergunt proselytos, ita quoque
circumcidunt & immergunt servos e Gentibus assumitos in nomen
servitii ut servi sint. Si quis acceperit servum e Gentibus atque ille
Dominum suum preverterit baptizatusque fuerit in nomen liberi,
seipsum liberavit scil. à servitio. Hoc autem tum valer, quando
servus horā baptismi dixit: Ecce ego immergor coram vobis in no-
men liberi. Si vero immersio facta in praesentia Domini sui, non
necessere est ut hoc diserte dicat. Nam liber cognoscitur, quando im-
mersus fuit. Itaque necessarium est, ut Dominus servum manus
prehendat donec (ex aqua) ascenderis, quomodo subjectus illi erit.

Noti-

(17)

Notificat insuper eoram iudicibus illum in servum baptizandum esse: Servus autem immargin non solet, nisi tres ad sint. Ad primum signum evidentissimè respicit Christus Ps. XL, 7. aures perforasti mihi, quod Paulus secutus Lxx per corpus aptare vertit, Hebr. X, 5. loco signi, quod terebratio aurium, rem signatam memorat, nam illa inter alia signabat corpus ita notatum ad certum Dominum pertinere, servum esse. Christus in similitudine hominis factus servus Patris erat. Tu mihi corpus aptasti, quod servitio tuo sacrum & typicis oblationibus, quæ tibi placere non valebant, succedere atque in cruce offerri debet. Secundum in Christo non minus clarum. Tanquam servus baptizandus erat, ita enim ad Johannem baptismum primitus denegantem ait: πέπον ἐστιν ἡμῖν πλεράσαι τὰς σκαλωύννας convenienter tanquam debitum, (conf. Eph. V, 3.) nobis est omnem iustitiam implere Matth. III, 15. Nam dum signum fœderis in corpus suum recipit, Domino suo promittit se postulata ejus fideliter impleturum, se corpore hoc ad servitium & gloriam Domini sui consecraturum nec repugnare, si idem baptismo sanguinis immergendū traditur. Baptismo intererat Pater atq; ejus servitium præsentibus testibus ex cœlo & terra sibi gratissimum testatur, adhibens partē vaticinii nostri, in quo ceu servus Patris sifstitur.

XXXVI. Succedit tertia nota sive honor Domino debitus.
Nam filius honorat Patrem & servus Dominum suum Mal. I, 6. qui y Reverentia
cunque sub iugo sunt servi, suos Dominos omni honore dignos du-tia erga Do-
cunto i. Tim. VI, 1. Christus Patrem ut Dominum suum honorat minum.
dominium agnoscendo Ps. XVI, 2. obedientiam & promittendo
& præstando, preces ad illum fundendo, ut optimâ conscientiâ ad
Judæos dixerit honoro Patrem meum Joh. VIII, 49.

XXXVII. Tandem servus opus servile à Domino injunctum
solicite, integrè, promptè facit. Hæc enim officia servorum sunt, & Impletio
quæ Paulus nominavit Eph. VI, 5-8. obediens mensa operis servitie
eius in apostolico iure nequitias cum timore & tremore, in simplicitate cor-
dis, non ut in opere obsequiis ad oculis serviendum, cum promittendi
ne animæ. Talis quoque obedientia Christi, quæ exactè voluntati
Domini respondet, non descendit è cœlo ut meam facerem voluntatem
sed voluntatem ejus, qui me misit Joh. VI, 38. quare ab hac neq; ad dex-
tram neq; ad sinistrâ recessit. Tum dixi, quando Dominus aures ejus
perforavit, Ecce venio, facere voluntatem tuam, Deus mihi, Ιησοῦς de-
lector & lex tua est in visceribus meis, quam perspectam habeo atq;
ut Regulam vita constanter sequor. C Nunc

*Origo & na-
tura servitu-
tis Christi.*

XXXVIII. Nunc proprius ostendendum erit, quomodo Chri-
stus à Patre servus constitutus sit & quomodo ille servitatem lu-
bens subiverit: scil. homines lapsi mancipia peccati & Satanae fa-
cti sunt, ex qua miserrima servitute nulla emergendi spes ipsis reli-
qua erat, nam æquissimum Benignissimi Naminis dominum pec-
cando contemserunt atque sponte jugo crudelissimi Tyranni colla-
sua subdiderunt. Hac ratione ob violatum dominium Sanctissi-
mus Deus non poterat non rebellibus servis succensere, in illos ju-
stè animadvertere atque eos ad perpetuos carceres condemnare.
Verum idem intima commiseratione erga infelicissimos refracta-
rios dueebatur neque quidquam magis exoptabat, quam salva Ju-
stitia & sanctitate sua eosdem potestate Diaboli eripere atque ad
servitium suum pertrahere. Nullum tamen remedium penes ho-
minem suppetebat. Consilium itaque erat inter Patrem, Filium
& Spiritum Sanctum, de quibusdam ex lapsis ad pristinum statum
reducendis. Pater quosdam dilexit atque Christo in peculium ea
conditione dedit, ut loco illorum sibi serviret, commissum ab iis in-
obedientiæ scelus obedientia sua expiareret, captivatos à Satana re-
duceret. Hoc est opus, quod Pater Filio dedit, ut faceret Joh.
xvii, 4. voluntas, quam impleret Joh. vi, 39-40. Filius ad de-
monstrationem gloriae Divinae se servum Patri stitit atque cuncta,
quæ ab illis agenda & preferenda erant, agere & ferre eorum
loco promisit Jes. LIII, 11. At Spiritus Sanctus statuit fidem &
sanctitatem efficere in iis, quorum gratia & loco filius se servum
stitit. *Hoc est celebrissimum illud ערך שלום consilium
pacis* inter Jehovah exercituum & virum, cuius nomen נס germen
Zach. VI, 12, quiq. c. III, 8. notanter *servus נס* germanz
*Ecce ego adduxurus sum servum meum, germen ab æterna spon-
fione servitiis sui.*

*Christus in
tempore ser-
vus factus.*

XXXIX. Quemadmodum autem ab æterno spondit
Patri servilem operam ad fideles diabolo mancipatos in statum li-
bertatis vindicandos, ita eam in tempore fideliter præstit. Præ-
ludia quadam cernebantur sub V. Testamento, quo subinde ex
voluntate Patris apparebat illis, pro quibus servus constitutus est.
Ita jam olim à Patriarchis מלאך יהוה Angelus Jehovah frequentis-
simè visus est Gen. xv, 7. conf. v, 13, xxii, ii. Præprimis
sub lege, quando ejus opera ex Ægypto educebantur, Exod. III, 2-6.
Act.

*Præludia ser-
vitutis in V.
Testamento.*

A&T. vii, 20. & per desertum deducebantur Exod. xxii, 1, 20. *Ecce inquit Pater, ego miserelegatum ante faciem tuam, quia te in via cunctis locis inducat in locum, quem parvus.* Adde subsequenti tempore Jud. vi, 11, 12, xi, 11, 3, &c. Harum missionum fundamen-tum maximè querendum in æterna illa servitudinis certò futuræ promissione, cujus vi Pater potestatem habebat filium ad Eccle-siam mittendi. Et quia Christus tanquam servus fidelibus tum temporis jam cognitus erat, commode Pater illos alloquitur *Ecce servus meus.*

XL. At sub N. Testamento demum plenè servus factus est. *Sed notabilior illa in Novo.* Tum aures ejus perforabantur h. e. signum servitii gestabat, quando corpus aptabatur Ps. XL, 7. Hebr. x, 5. & tum *μορφὴν δελτοῦ assumuit*, quando in similitudine hominum factus & habitu ut ho-mo inventus est. Philipp. II, 7, 8. & Jes. XLIX, 5. Messias dicit se servum formatum *ψευδὸν ab utero.* Atque hoc necessarium: nam quia seryit Deo loco hominum, oportet hominem esse. Homo re-bellavit: Homo igitur scelus illud obedientiâ expiare debet. Pars servitii præcipua, quæ à Deo poscebatur, erat mors, ut cum illis, qui peccato servi diaboli facti sunt, in amicitiam redire posset, quare Paulus de Christo ceu servo loquens addit, i.e. *obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis,* quæ apud Romanos sup-plicium servorum habebatur. conf. Hebr. x, 5. Es. LIII, 10, 11. Necessarium idcirco, ut servus Dei fieret homo.

XLI. Quia autem Christus sub Novo Testamento demum formam servi assumuit, fideles prioris ævi servituti obnoxii erant, nos vero in libertatem manumissi. Illi enim vivebant sub lege, Ceremonias, quæ jugum *διωδέαντος* constituant, observabant atque ita constricti vivebant *χειρὶ δελταῖς jugo servitutis* Gal. V, 1. sub elementis mundi erant *δεσμοὶ θερμῶν* & licet quoad promissionem & hereditatem filii fuerint, tum tamen à servis nihil differebant Gal. IV, 1, 3. habebant *πτυχία δεσμαῖς spiritum servitutis* Rom. VIII, 15. Placuit enim sapientissimo Deo tamdiu Israelitas ut seruos tra-ctare, quandiu justus ille servus nondum serviverat & Legi satis-fecerat. Hoc autem manifestato manifestabatur quoque regnum cœlorum Matth. iii, 2. liberior status Ecclesiæ: Annis autem ser-vitii expletis regnum cœlorum erit duratus extendebat. Sic Pa-ter cœlestis clare testabatur sibi planè fideli servi sui labore satisfa-

etum esse neque quidquam à nobis poscere. Nos sumus per Christum in libertatem missi Gal. V, 1. atque ejus indubitatum testimonium Spiritum filiationis Rom. VIII, 15. Gal. IV, 5. 6. 7. accepimus. Qui nunc Christo justo servo à Patre declarato jugum legis fidelibus imponit, Deum tentare dicitur Act. xv, 10.

**Servi nomen
Christo com-
petit, quia ex
voluntate Pa-
tris fidelibus
inservit.**

XLI. Christus servi nomen non tantum meretur, quia loco si-
delium servus Dei factus est & ita servitio suo, lege impleta, Deum
nobis reconciliavit sed etiam quoniam variè inservit, ut liberati ex
potestate Sathanæ ad regnum suum perducemur. Praeclaræ
Jes. c. XLIX, 6. Leve (nimis est, conf. Mich. V, 2.) ut sis mihi
(tantum) **עבד** servus ad erigendum tribus Jacob & ad reducendum
retentos Israëlis: Insuper dabo te in lucem gentium, ut sit salus mea
ad extremitatem terræ. Servile Messia munus erat, lapsos Judæos
erigere, dispersos, retentos tamen gratiâ Dei, recolligere. Hoc
nondum sufficiebat. Dignior longè & potentior persona est,
qua Gentes principe tenebrarum occæcta illuminandæ sunt, qua
salus parta ad longè dissitos ferenda erat, ut hi deterrima servitute
liberarentur. Non minus clare in iis, qua Vaticinium nostrum
mox sequuntur, **judicium Gentibus** proferet, nam prius verba
sua Jacobo non nisi annuntiavit, statuta **מִשְׁנָה** & judicia sua Israë-
li: ita autem nulli genti fecit & ideo **מִשְׁנָה** judicia non norunt
Ps. CXLVI I, 19. 20. dein v. 6.7. Ego Jehovah vocavi te in justitia
& apprehendens manum tuam & retinebo & dabo te in fœdus po-
puli, in lucem Gentium, ut ciperiantur oculi cœci: ut educantur
ex claustris vindicti, ex carcere, qui in tenebris sedent.

*Raservus est
in munere
Prophetico.*

XLI. Christus Patris simul & noster servus est in munere Propheticō: Nam Patris voluntatem de reconciliatione peccatoris nobis annuntiavit. Nō sper peccatum tuum tūc d'āndeige cognitionem veritatis amissimus, neque ab hinc cogitare, loqui valemus, quæ gloriā Dei illustrant aut nostram communionē cum illo promovent. Mens nostra tenebrae Eph. V,8. Summē itaque necessariū ut liberaretur ab erroribus, informaretur illa cognitio-
ne, quæ Deo gloriōsa & nobis salutaris est. Has partes Pater Fi-
lio cœu seruo commisit, ut quæ de salute nostra audivit, annuntia-
ret Joh. III, 32.34. nam Pater Christum dedit לְאָמִן־
stem nationum qui testaretur de reconciliatione sua apud nationes
& simul מַצֵּה לְאָמִן־ preceptorem earumdem, Spiritu suo ver-
bum

bum reconciliationis cordi inscribendo. Es. LV, 4. Servus par-
tes commissas quoq; suscepit, tum in V. Testamento Exod. III, 4-6.
Exod. xix, conf. Act. vii, 38. quo jam audit: המרכר loquens ille
Es. LII, 6. sive λύσος θεοῦ, per quem Pater locutus est, tum & qui-
dem præprimis in N. Testamento in novissimo dierum locutus est
per filium incarnatum Hebr. I, 1. quare sub Veteri ut demum ven-
turus prædictus promittitur. Deut. XVIII, 18. Joel. II, 23.

XLIV. Christus insuper servus est in munere sacerdotali: *sacerdotali*.
Inobedientia hominis non poterat aliter expiari quam sacrificio
Deum decente, quod quoque offerendum à Sacerdote immacula-
to & à peccatoribus maximè distincto. Et quia homo, redemptus licet,
in varia incidit peccata, necesse etiam est ut quispiam illi apud Patrem
validè intercedendo inserviat. Etiam hic Christus constitutus est
servus. Nam juravit Jehovah & non pornebit eum. Tu es כהן
Sacerdos in eternum Ps. CX, 4. uti servit apud Deum tanq. Sacer-
dos offerens victimam, ita etiam servit, scipsum ut victimam offe-
rendo, nam filius hominis venit ut ministraret & daret animam
suam λύπον αὐτὶ πονηρῶν redēptionis p̄t̄sum pro multis Matth. xx,
28. ubi verba posteriora priora sive ministerium Christi explicant.
Tit. II, 14. qui dedit seipsum p̄ nobis ut nos redimeret ab omni ini-
quitate, ut nos liberi redderemur, ille propter peccata nostra serv⁹
factus est, quemadmodum queritur Messias העברתני בחתאתך
servum me fecisti peccatis tuis Es. XLIII, 23. al. II. Imò etiamnum
servit intercedendo pro nobis, si quis peccaverit, Paracletum ha-
bemus apud Patrem, Iesum Christum Dominum I. Joh. II, 1.

XLV. Christus dein servus est in munere regio. Peccator legem Regio,
transgrediens à Deo justo Domino suo defecit atque ad regnum
Diaboli transit ejusque imperio se subjecit. Pater illos, quos in
Christo dilexit, è potestate tenebrarum exemit atque iis Christum
regem dedit, nam liberatos è potestate tenebrarum partener èis
tau βασιλεῖαν τῇ γῇ transtulit in regnum filii sui Col. I, 13. qui il-
los verbo & Spiritu suo regat defendatque contra hostes. Ergo
Christus Rex simul servus est, Patri & fidelibus serviens. Omnia in
clarissimè Ezechiel Christum sub regia & servili x̄esi simul cognoscendū
proponit. Postquam Deus prolixè infideles pastores
descripsisset atque illos exaucitorandos esse interminatus esset, se-
quentia Vates subjicit: suscitabo iis רְאֵם pastorem unum, qui pascat

SERVUM meum David. Hic pascet eos & ipse erit
in pastorem. Ego autem Iehova ero ipsis in Deum וְאֶת־SER-
VUS meus David נָשֵׁן PRINCEPS inter eos. c. XXXIV, 23. 24.
& c. XXXVII, 23, 24. mundabo illos (qui hactenus idolis serviverant
atque sic Idololatriæ scelere se polluerant) & erunt mihi populus
& ego illis ero Deus; וְאֶת־רוֹדֵן מֶלֶךְ & SERVUS meus David
REX super eos & pastor unus erit omnium eorum: nam Christus
Rex Patris gloriam & salutem subditorum querit & sic verè servit.

Servus est ceu

Scārbgwa

XLVI. Ex dictis elucidare puto Christum servum esse, qua-
tenus est δείσιθεων, non merus homo sed Deus & homo simul.
Nam ut nudus homo servitum præstare nequit, propter quod nos
naturā mancipia Satanae servi Dei reddimur: servitum hoc vilius,
quam ut eapropter in libertatem filiorum Dei transponamur. Di-
ximus ceu servum in carne aliquando manifestandum fidelibus V.
Testamenti apparuisse. At מֶלֶךְ legatus ille verus Deus est. vide
Gen. XVI, 7. 13. Exod. III, 2. 6. Exod. XIII, 20. 21. Modò probè
attendamus ad caloca, in quibus ut servus proponitur, reperiemus
circumstantias, quæ cum è numero servorum humanorum, qui-
cunque illi sint, eximunt. Qui servus Dei dicitur in nostro vati-
cinio, illi v. 4. lex, quam insulæ expectant, adscribitur; At hæc
potestas divina tantum est: Unus est νομοθέτης Jac. IV, 12. Chris-
tus tanquam Deus Evangelium suum Gentibus annuntiari jussit.
Essē fœdus populi & lucem gentium ad cœcos illuminandos &c. v.
6. 7. soli Deo εἰναι μονάρχαι competit. Quare v. 8. subjungit Ego
Iehova! Hoc nomen meum: gloriā meā לְאַחֲרֵי alii qui Deus
non est, non dabo; ut Pater ostendat servum suum לְאַחֲרֵי ab essentia
sua aliud non esse, idcirco ipsi gloriā Divinam, potestatem & po-
tentiam sine sacrilegio competere. Sic c. LIII. Servus justus בְּשִׁׁיר
cognitione sui multos justificabit. An cognitioni nudi hominis δι-
καιολογia jus ad vitam æternam impertitur? Non puto. Pariter
Philipp. II, 6. 7. 8. qui in forma Dei existit h. e. verus Deus, scip-
sum exinanivit, formam servi assumens in similitudine hominum
factus.

Propheta, Rex

XLVII. Christus, ceu servus, est Propheta, Sacerdos &
Sacerdos non Rex. Hæc autem munera à Christo ut δείσιθεων partim gesta
potuit esse nisi sunt partim geruntur. Propheta noster est Αβραὰם sermo, qui jam
δείσιθεων in initio erat, quando fundamenta mundi ponebantur, qui erat a-
pud

per Denm & Deus Joh. I. 1. Nemo Deum unquam vidit: Unigenitus filius, qui est in sinu Patris, ille recensuit ibid. v. 18. qui è terra est terrenus est & terrena loquitur. ἐν τῷ ψαρῷ ἐπόμενοι οἱ ἄρτοι πάρεσται, qui à cœlo venist, super omnes est & quod vidit & quod audivit, illud testatur c. Illi, 3. 32. Sanè hæc in Prophetam nudum hominem cadere nequeunt. Pariter Sacerdos nisi θεόθεως esse non potuit. Victima inde infinitum valorem accepit. Christus ἡγεμόνας αὐτοῦ Spiritu aeterno (conf. Rom. I, 4.) seipsum obtulit immaculatum Deo. Neque Rex. Quomodo enim potuisset intrare domum τοῦ ἵκες fortis Diaboli καὶ τὰ σκύλα αὐτοῦ διαπέσας Matth. XII, 29, nisi fuisset בָּרוּךְ Deus potens Jes. IX, 6. Rex unctus à Patre est etiam filius ejus ab aeterno genitus Ps. II, 6. 7. divinæ essentiae per aeternam generationem particeps: Instructus potentia divina scepro ferreo 9. & ideo divino honore excipiens v. 12. osculamini filium ne irascatur; Beati omnes, qui illi confidunt quum aliâs maledictus habeaturis, qui brachio hominis confidit.

XLVIII. Patet ergo è Scriptura Christum θεόθεων servum Neque hoc Patris esse. Neque hoc præjudicat Divinitati Christi. Filius ut Deus absolute extra fœdus gratiæ consideratus servus Patris dici nequit: nam est Ιησοῦς θεὸς aequalis Deo Joh. V, 18. & εἶ 1. Joh. V, 7. ut adeo non debat rapinam ducere τὸ ἑνας Ιησοῦς Phil. II, 6. sed quatenus sponsor noster apud Patrem in fœdere gratiæ consideratur, servi Χριστοῦ illi optimè convenit. Tantum abest ut illa θεότητα Christi dedebeat, quin potius admirabilem in modum illustret, sumnam ejus sapientiam, ineffabilem amorem, tenerrimam commiserationem, infinitam potentiam proponat atque nos ad securè illi confidendum fortiter incitet. Nam nemo nisi verus & aeternus Deus servus Patris pro mancipiis Satanæ in libertatem vindicantis fieri potuisset. Quid enim servitus Christi aliud, quam aeterna ejus sponsio qua ille Patri se servum slitit ad plenariè satisfaciendum justitiæ Dei propter defectionem quorundam læsæ, ut hi è potestate tenebrarum liberati Deo decenter vivere valeant? Hæc omnia Divina. Et quemadmodum ab aeterno servitium Patri spospondit, ita idem in tempore tanquam θεόθεων præstitit. Servitium vicarium pro nobis suscepit atque vi spousionis suæ, Deo verus licet existens, seipsum exinanivit sive cohibusit radios Divinitatis

ēatis suę intravolum carnis & formam servi homo miser, pauper, vexatus factus assum̄it Philipp. II, 7. Quemadmodum nec Patri inglorium est, quod filius jus habet illos, pro quibus serviit, peculium suum ab eo postulandi Ps. II, 8. ac si debitor filii esset, ita quoque filio minimè indecorum ut servitium suum Patri profidebūs emancipandis spondeat. Huc refer Joh. XIV, 28 Pater maior me est. An ut nudus homo? Hoc non opus habuisset dicere. Verū ut δεύθησθαι, qualis adit Patrem ad intercedendum pro nobis & I. Cor. 11, 8. & Dominus gloria crucifixus.

Conveniunt XLIX. Plenissimo igitur jure titulus servi Salvatori nostro commo-
quoque Christi petit. Competit quoque, quod sequitur, illum (fortiter) tenebo,
suo verba: illū uti nobis clarius innotescet, quando summam servitii difficulta-
(fortiter) tem cognoverimus. Christus ut servus Domino spospondit fa-
cere omnem voluntatem Ps. XL, 8. Joh. V, 30. VI, 38. Vi au-
tem hujus sponsionis tenetur non tantum legi se subiecere ut illi
conformiter vivat sed insuper ut omnem maledictionem, quæ nos
ob inobedientiam manet, ferat auferatque. Hæc vero maledi-
ctio Christum omnibus adversitatibus exponit. Ille Patrem ex-
peritur Justum judicem iratumque propter peccata nostra, quæ in
ipsum conjecta erant, ut tristissimo extorqueantur verba super me
incubuit excandescens tua & omnibus fluctibus tuis me affixisti
Ps. LXXXVIII, 8. & 17. super me transverunt excandescens tua:
terrores tui exciderunt me. Tradebatur potestati tenebrarum
ita ut Diabolus omnibus viribus suis ipsum penitus excindere con-
tenderit: Hunc in finem non solùm hostes apertos, quales Pontifi-
ces, Scribæ, Pharisæi, sed & amicos vel qui saltem amicitiam simu-
labant, adversus Christum movit, impulit, cor Judæ intravit ut
grandiret בְּמַעַן calcaneum Ps. XLI, 10. contra illum; atque ita conte-
reret בְּמַעַן calcaneum ejus Gen. III, 15. quod factum, quando ceu-
servus Dei obediens factus usque ad mortem crucis, tum calcane-
us Christi clavis perforatus ligno affigebatur.

Nam Pater L. Dirissimahæc fata Domino notissima erant, utpote ab il-
lo ab æterno definita. Petr. I, 20. Act. IV, 27. 28. & in tempore
inflicta tanquam judice Es. LIII, 6. Itaque inquit אָתָּה כִּי (forti-
ter) illum tenebo q. d. Hic servus, ut voluntatem meam faciat, no-
men meum glorificet, varias miseras subibit: Illum tamen non
deseram, non committam ut iis æternū succumbat, verū for-
titer

ter tenebo Christum, ut quosvis glorioſiſſime vincat. Atque hoc id ipsum est, quod jam ſupra § 23. ex Ps. XL, 10. 11. 13. adduximus, quando Meſſias ſe astutia & malitia Iudea morti traditum conqueritur, ſed Dominum ſuum laudat, qui iſpum erexit & **תִּמְךָ** fortiter tenuit. Convenit cum Ps. xvi, 9. 10. Latatum eſt cor meum & exultavit gloria mea: etiam caro mea confidenter habi-
tabit: quoniam non relinques animam meam in inferno nec dabis ut Sanctus tuus videat corruptionem vel non trades Sanctum tuum ad videndum corruptionem; quem in mortem tradidisti, illum à morte vinci minime concedes, ſed **תְּרִיכָה** Sanctum tuum, qui te morte ſua sanctificavit, ad vitam revocabis conf. v. 11. Complementum promiſſionis cernitur, quando Pater filium excitavit ē mortuis atque conſtituit ad dextram ſuam. Robur potentiae ex-
ercuit in Christo ἐγείρεις αὐτὸν ἐκ νεκρῶν καὶ ἐκάδυσεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ dum fuſcitavit illum e mortuis atque ſedere fecit ad dextram ſuam Eph. 1, 20. Iesum Nazarenum Deus ἀνέστη ſolvens doiores mortis quemadmodum non eraſt poſſibile teneri iſpum ab illa Act. II, 24. III, 15. quia filius id omne praefitit, quod ad nomen Patris glorificandum ut ſervus fuſcepereſt. Igitur nunc ut fidelis Dominus ſervum ſub mortis potestate relinquere non poterat ſed conuenienter promiſſioni ſuā illum fortiter tenuit, vitam reſtituit, reſtatusque eſt ſe ſervitio ſuo contentum eſſe. Quare etiam pa-
triuitoria à Diabolo reportata adſcribitur 1. Cor. xv, 57.

Li. Quamvis primariò pater fidem datam liberaverit exci-
tatione filii, nihilominus etiam postea assistentiam suam conspicu-
am fecit propagatione Regni Christi. Plura enim omni tempo-
re impedimenta Satanas objecit, operâ Judæorum, Ethnicorum,
AntiChristi, ut nomen Christi vel non innotesceret, vel mox de-
leretur, atque ita Salvator servitutem suam plenè perficere non
valeret. Verùm Dominus servo suo potenter adstitit atque obsta-
cula feliciter dimovit. Misit sceptrum roboris sui è Tzione (di-
xitque) dominare in medio inimicorum tuorum Ps. cx, 2. quando
scilicet præconio Evangelii ita efficaciter benedixit, ut Gentes ju-
go crudelissimi Tyranni excusso legem Christi, quam exspectarunt,
agnoscerent, obedientiam promitterent sinceram: Es. XLII. 4. quan-
do jus sit lucem extenebris splendere ad illuminationem gratia Je-

Nec non pion
pagatione Re-
gni Christi ad-
versus hostes.

*su Christi in Gentibus 11. Cor. IV, 6. à principe tenebrarum exco-
catis, quando ductos in captivitatem atque vinculis retentos trans-
posuit in regnum filii sui & ita Christum dedit in lucem Gentium ad
aperiendum oculos cæcos, ad educendum e carcere vinctum. v. 6. 7.*

Christus à Patre quaque niam ille à Patre eligebat, ut servitute sua mancipia Satanū in libertatem mitteret. Pater quorumdam liberandorum commis-^{electus, ut pro nobis serviret} ratione ducebatur, sed illos recipere haud poterat, alio non substituto, qui justitiae læsa satisfacit. Ille igitur Christum hunc in finem elegit, unde electus Dei audit, (qualem Messiam Gens Iudaica quoque exspectabat, ut videre est Luc. xxiii, 35.) & 1. Petr. 1, 20.

tanquam Propheta. Sacerdos & Rex. Ad unum propheta. Sacerdos & Rex. quodque autem minus à Patre eligeretur. Tanquam Prophetā Deut. xviii. 18. Prophetam וּפָקַדְתִּי excitabo illis e medio fratrum illorum, sicut te. Ita alibi וְקִרְבֵּן de personis ad munus electis sumitur. vide Jud. II, 16. III, 9. Tanquam Sacerdos. Ps. cx. 4. Ju- ravit Jehovah & non paenitebit eum כֹּה לְעוֹלָם Tu sacerdos in eternum. Pater filium juramento, cuius illum paenitere nequit, Sacerdotem eternum constituit atque ita selegit, qui sacrificium iræ suæ placandæ offerret. Hebr. V, 5. Christus non seipsum glorificari, ut fieret Pontifex. Tanquam Rex Ps. II, 6. Ego in- unxi Regem meum super Zionem.

LIII. Quando autem Matthæus c. III, 17. XII, 18, XVII, 5. pro electus legit dilectus, non minus optimè in Christum quadrat: Tum ratione divinæ essentiæ, quam per æternam generationem à Patre habet; tum ratione officii mediatorii, quod ad honorandum Patrem maxima cum molestia subiit. Quia filius ejusdem cum Patre essentia, non potest non summè dilectus haberi, quoniam in illo perfectissimam sui imaginem intuetur. Si congenitum parentibus est, ut diligent liberos, quanto magis Patri cœlesti, ut æterno amore feratur in filium **Ιαντονιον**: Hoc de amore ipse filius testatur Prov. VIII, 30. eram apud illum in sinu gestatus & eram delicia quotidie, ludebam coram eo omni tempore, clara allusione ad filiolos suavissimos, qui in sinu parentum gestantur, & vix satis oculis conspiciqueant (hoc indicat **וַיְשָׁבֵחַ** geminatum à **שָׁבֵחַ** afficere,) quique jucundis gestibus, gratis sermonibus Parentes mira-

mire exhilarant. Ad summum itaque amorem Patris erga se indicandam sapientia hocce amoris exemplum (neque enim majus in natura datur) profert. conf. Joh. I, 18. Dilectus Patris etiam *& quia sere* dicitur, quoniam ex amore erga Patrem ad glorificandum nomen *unus noster.* ejus seipsum servum stitit. Hinc tum elogio hoc à Patre cœlitus ornatur, quando servitium publicè aggreditur Matth. III, 17. atque cum illo de consummatione ejus loquitur. Luc. IX, 31. 35. conf. Col. I, 13.

LIV. Ex dictis sponte fluit Christum illum quoque esse, in *Idem in quo*
quo pater acquiescit sive quem acceptum habet Pater. *Quiaenim Pater acqui-*
verus Deus a πανύγεσι της δόξης καὶ χρηματηγίτης ὑποστήτως αὐτοῦ es cit.
effulgescentia gloria & Character substantia ejus Hebr. 1,3. idem
intellec̄tus, eadem voluntas, potentia, amor mutuus consummatis-
simus, quo pater in filium & filius in Patrem fertur, illum hono-
rat, ea agit, quæ videt Patrem agentem, summa indubitate εὐδοκία
Patris in filio. Verum hic præcipue consideratur illa εὐδοκία, quæ
in servitio filii est, quatenus hic ab æterno ad Patrem glorificandum
se servum obtulit, ut mancipia Satanae servi & filii Dei fierent
prædestinavit nos eis γοδεστιαν ad adoptionem ad illum εατά τὸν εὐ-
δοκίαν τὸ δελέματος αὐτοῦ secundum beneplacitum voluntatis suæ Eph.
1,5. nam quia hac ratione Pater eos, quorum misertus est, salvau-
ititia & sanctitate sua pro filiis agnoscere poterat, nascebatur εὐ-
δοκία, quia servus promittebat facere יְהוָה εὐδοκία Ps. XL, 9.

L. Eu&sonia illa patris conspicitur in munere Christi Propheticō, sacerdotali & Regio. In V. Testamento Christus rarius apparebat & verba ad fideles faciebat. Mittebat plurimum servos suos Extraordinarios, quales Prophetæ & Ordinarios uti Sacerdotes, Levitæ Malach. II, 17. Sed quoniam hi voluntatem patris falsabant, *εὐλαύνω ἀνδρῶν πράξεων* præcepta humana Divinis adversa tradebant Matth. XV, 3. abominationi sanctissimo Numini erant. Quare cœlitus manifestabatur suūnus servus ad plenē & planè voluntatem cœlestem nobis enarrandum Joh. I, 18. III, 31. *ad purgandum filios Levi & defæcandum illos* כַּחֲבֵב וְכַכְפֵד uti aurum & uti argentum à scoriis Mal. III, 3. Hoc autem servitium Deo gratissimum existebat & ideo cœlitus testabatur. *Hic est filius meus dilectus, in quo acquiesco* αὐτῷ ἀκούετε hunc audite. Haec tenus discipuli speciatim Petrus auscultavit ad verba sapientum, qui Messiam

Regem terrestrem, victorem gloriosum loinianabant vide cap. anteced. v. 21. 22. 23; Pater itaque inquit, *hunc audite*, in cuius doctrina acquiesco. In V. Testamento ministerii sacerdotalis vires obibant Aaronicis sed in illis Pater ob multiplicem defectum non acquisiebat eos dignitate dimovebat atque relate ad illos Christum alloquebatur אֶתְהָ כֹּהן וְעַבְדֵּךְ Tu Sacerdos in eternum Ps. CX, 4. Hebr. vii, 16. &c. Ita quoque comparatum cum victimis. Legimus nonnunquam illas fuisse Deo לְרִצּוֹן acceptedas Lev. XXI I, 20. 21. 27. & I. 4. וְנֶרֶצָה לוּ לְכִפּר עַלּוּ & erit acceptum pro ipso ad expiandum ipsum. Sed non absolute, verum quatenus typus Christi erant. Alias stolidos sacrificia in Asia adducentes interrogat הַוְרִצָּה An accepta haberet Jehovah millia arietum? myriadas torrentium olei? Mich. VI, 7. An vescor carne boum aut sanguinem hircorum bibo? Ps. L, 13. Quo sum mihi multistudo sacrificiorum vestrorum? dicit Jehovah. Satur sum holocaustis arietum & adip pinguium: & sanguine juvencorum agnorumque & hircorum non euoniam, non delector. Deus non nisi acquiescit in corpore Christi oblato, tradidit seipsum pro nobis oblationem & victimam Deo sic οὐαὶ σωδίᾳ in odorem bonie fragrantiae Eph. I, 5. Ps. XL, 7. Sacrificio & ferto לְחַפְצָתְךָ non delectatus es: (sed) aures perforasti mihi: Holocaustum & Sacrificium pro peccato non postulasti. Tum dixi: Ecce venio ut faciam רְצֹונְךָ εὐδοκία tuam, Deus mihi confer cum Paulo Hebr. X, 4. impossibile est ut sanguis boum & hircorum peccata auferat, quae tamen aufert sanguis Christi acceptissimus Patri v. 10. 12. 14. Qui regebant olim populum, in iustitia & crudelitate sua nihil minus quam grati Deo erant: *Va pastoribus Israelis: adipē comeditis & lana induitis, quod opimum est, maletatis gregem non pascitis.* Idecirco o pastores audite verbum Jehovah: Sic ait Dominus Jehovah ecce me contra istos pastores, ut reposcam gregem meum e manu ipsorum & faciam, ut cessent a pascendo grege. Igitur excitabo eis pastorem unum, qui pastores servum meum Davidem Ezech. xxxiv, 1. 2. 9. 10. 23, sed regno Christi. Pater per quam delectatur, quoniam illo regnum Satanae imminuitur, subditi fideles augentur, quare dicit Dominus Dominomeo: Sede ad dextram meam, donec inimicos tuos scabelum pedum tuorum ponam Ps. CX, 1. 2.

¶ Regio,

Quam

LVI. Quum itaque verba Vaticinii nostri se junctim & junctim *Recapitulatio.*
 cum antecedentibus & consequentibus perpensa, ipsæ Judæorum &
 veterum & modernorum glossæ Messiam intelligendum esse velint;
 quum Spiritus S. de Christo exponat, imo Pater cœlitus duabus vi-
 cibus verba ad Christum referat: quum omnia prædicata examus-
 sim Christo, qui ab æterno se servum Patri stitit atque tales in
 tempore se præstítit, obscuritus sub V. clarius sub N. T. quando, qui
 Deus verus formam servi assumpsit, voluntatem Patris nobis reve-
 lavit, Pontifex N. T. testamenti seipsum spiritu æterno obtulit at-
 que etiamnum pro nobis intercedit, nos sævissimo Diaboli regno
 exemit atque sibi subjecit: quem Pater in omnibus adversitatibus,
 morte ipsa, destructione potestatis Satanæ inter Gentes & infideles
 secundavit: quique hoc ad servitium à Patre electus & ideo dile-
 ctus est: & qui tum sponsione tum impletione *eudoxia* ejus existit:
 convenient, nihil superest, quam ut integro corde, aperto ore, ver-
 satis calamis confitemur, eloquamur, scribamus Jesum Nazar-
 enum esse illum, de quo Pater ECCE SERVUS MÆUS QUEM
 TENEBO; ELECTUS MEUS, IN QUO ACQUIIESCO.

LVII. O infelices Judæi, qui eligitis dirissimā & durissimā servī-
 tutē Diaboli præ libertate filiorū Dei. Adeone occœcati estis prin-
 cipe tenebrarum ut non queatis videre illum, quem Pater digito
 quasi monstrat; Ecce servus meus. Tandem oculos fascinatos a-
 perite. Videte quæso, num Jesus noster non ille sit, quem Pater
 fortiter tenuit. Mors, quam Majores vestri scelestis manibus intu-
 lerunt, illi non prævaluit. Consilia, conatus vestri ad delendum
 nomen Christi & qui hunc profitentur, omnes irriti atque frustra-
 nei. Firma, constans est promissio Patris fortiter illum tenebo.
 Inde, si vultis, satis tuto colligere potestis, eum esse electum &
 dilectum Dei, in quo Pater *eudoxei*. Longum nimis tempus est,
 quo duravit querebunda ejus vox; *Quis ita cœcus, ut servus meus?*
 Profecto si pergitis oculos claudere coram Servo & Rege vestro,
 illos aliquando maximo cum vestro dâmino aperietis & videbitis
 eum, quando venturus est ad judicandum. O Deus, qui cœcis
 lucem communicas, illumina excœcatam Gentem: remove velum,
 quod cordibus Judæorum impositum atque fac ut tibi serviant &
 Davidi Regi, quem excitasti.

Eucharisticus

LVIII. Nosquod attinet, æternastibi, o Deus, qui habitas lucem inaccessam, O Sol Justitiae, debemus grates. Nisi enim Christum dedisses lucem gentium ad illuminandum cœcos, nisi tu ut lux mundi illuxisses ad illuminandum mundum, tanti, quanti sumus, tenebrae mansissemus. Vel quis nos discernit? Quare nos, quando è ecclœ testaris *Ecce servus meus cum jubilo respondere possumus:* Servus tuus & Rex noster est. Cogita quæso, ò anima luce divina collustrata, admirare, obstupesce. Quantus enim amor Patris ergate? Tu transgressionibus ab illo defecisti, partes Satanæ fecutus es. Ille vero commiseratione ducitur. Imò eligit filium unigenitum, charissimum, atque tradit potestati tenebrarum, ut tu filius lucis evaderes. Contemplare quæso & attonita sta quando cernis illum, qui verus Deus, in forma servili miserrimum hominem factum atque Patri obedientem ad mortem crucis. Quis unquam Rex in gratiam rebellium subditorum filium unicum morti exposuit? Et quis filius tantas adversitates atque ipsam mortem pertulit? simile non cernis in humanis. At Dominus Dominorum & Rex Regum servus Dei & servorum factus est. Quid æquius nunc est quam ut in posterum Diabolo, cupiditatibus carnis servire desinas. Vide quanti servitium Christo constituit. Tu autem nihilominus membra tua in justitiae sistis. Agnosce defectiones tuas, confitere, deplora atque in posterum abstine. Pater Christum Prophetam ceu servum dedit: Audi igitur illum. Christus Pontifex constitutus est. Sist te illi ut victimam vivam, sanctam, acceptam Deo. Rex est: Servi igitur in fide, charitate, spe: Pugna adversus Diabolum, mundum, carnem & in rege tuo potentissimo vinces. Hoc si feceris, omni quâ corporis quâ animi, temporali, æterno bono abundabis. Experierte in electo electum, dilecto dilectum esse atque beneplacatum Jehovæ in illis, qui ipsum timent. Ei, qui dilexit nos & lavit nos à peccatis nostris per sanguinem suum & fecit nos Sacerdotes & Reges Deo & Patri suo sit gloria & potentia in secula seculorum Amen.

Adhortatorius,

Annexa

Annexa Respondentis.

- I. **C**hristus, antequam munus Propheticum inchoaret, in
cælum, ut ab ipso Deo audiret & doceretur ea, quæ mox
mundo annuntiaturus esset, raptus non fuit.
II. Præcepta decalogi Christus nec correxit neque supplevit.
III. Christus tantum pro Electorum, non vero omnibus o-
mnium & singulorum, peccatis obedientiam suam satisfecit.
IV. Regnum Christi non carnale & mundanum, sed spiri-
tuale est & cælestē.
V. Regnum Christi duraturum est in eternum.

Gratuler an sileam? dum scandere cerno Cathedram
Egregium Juvenem, gratuler an sileam?
Omnino mandat gratari magnus Apollo,
Rauca licet mihi sit tibia, arundo levis.
Gratari porrò poscunt insignia dona
Ingenui juvenis, juncta simul pietas.
Ulterius meruit Musarum charus alumnus
Sedulitate suā, quam satis ipse probat,
Gaudia mille ferens doctis optata Camoenis,
Utilis existens omnibus atque bonis.
In primis præsens Specimen testatur abundè,
Luce quod & noctu volverit ipse libros:
Inter eos autem cunctis hunc prætulit unum,
Ex quo vera salus cuique patere potest;
Librum, de nostro qui contestatur Jesu,
Mi GÜNTHERE! pio nunc referas animo:
Ut noscas Servum, quem servat Rector Olympi,
Servum delectum, qui placuit Domino.

Gratu.

Gratulor ergo Tibi meritò, mi suavis Amice!

Utere porrò Tuis hâc methodo in studiis.

Næ! præclara geris Dominus Tua cœpta secundet,

T eque suo Sancto Flamine porrò regat:

Egregiis studiis *electus Servus* adesto,

Resque Tuas omnes dirigat ipse Deus;

Vt possis fidè ChrIsto serVIre IehoVæ,

SIs SerVVs fIDVs: VIVE, VaLeto DIV.

*Hæc rudi quidem Minervâ, sincerò tamen animo in honorem
eruditissimi Dn. RESPONDENTIS deproperabat*

OTTO GUILIELMUS THOREJUS,

S. Th. Stud.

INgenuos ultrò quo vis submittere SERVI

Non mirare DEI colla superba jugo.

Hujus enim SERVI servum se sistere totum

Quid melius? merces nonné parata manet?

Forsan SERVITIUM rideas si Mome maligne!

Güntherum in nostrum lumina verte tua.

Hic hodiè laudes summas, decus, atque reportat

Famam, *servitio* præmia digna suo.

ELECTO SERVO postquam servivit, & arma

Contra illum miles destruit ut validus.

Perge bonis avibus studiis incumbere totus,

Huic SERVO voveas obsequiumque tuum

Sic Tibi mercedem multam donabit, & aures,

Tandem percipient: *Eu bone Serve! Tue.*

*Hoc èntrâixov in laudem Dn. RESPONDENTIS pereximii, nec
non Amici sui snavissimi Intime Gratulabundi Modulabantur*

C O M M E N S A L E S.

Jszmintis

JSzmintis vvissiemis miela Jszmintingiemis buvva,
Todel siela mokinciu niekad neprazuvva.
Tat ifz manas Prietelus, be gala mokias;
O daugijam Prietelu, ifz vvifsur radasi.
Tam galuy afz pridavviau ziankla meayles mana,
Danielus Krosniewieckas vvadinas ifz seana.

Non male ab ingenuo Studio lo ut regula habetur;
Artifices, solus qui facit usus erit;
Utpote quo faciles nobis inscribimus illa,
Quæ ratio secum præmeditata fuit.
Esse Tibi curæ, mi Dilectissime Amice,
In studiis istâ Te stabilire viâ
Colligo, quod minimè Certamen adire negâsti,
Unde bonus fructus, notio firma venit,
Porro si mentem per sacras excolis artes,
Næ solidus praxi, næ citò Doctus eris
Qui poterit patriæ quondam prodesse sibi que.
Hic finis studii, quem tetigisse juvat.

Hæc panca in honorem Doctiss. Dn. RESPON-
DENTIS, Cognati sui F.

JOHAN. PISTOR, S. Theol. Stud.

Vltucrum faciat centuplo tempore messis,
Majus, committit semen Arator agris.
Hoc quia nomen habes mores imitaris & hujus.
Doctrinæ spargens semina fructifera;

Inpri-

In primis quærens semen, putredinis expers,
 Verbum nempe Dei, quod teris assidue.
 Hoc etenim monstrat Tua Dissertatio docta,
 Quam nunc defendis graviter arte Tua;
 In qua rite doces; quid scripta Prophetica pandant
De aero Christo, qui Deus est & homo.
 His saveat Coeptis supremi Rector Olympi,
 Teque regat porro spiritus ille bonus;
 Donec, Amice, Tibi Tua ditior horrea messis
 Impletat & lato corde fruatis eā.


Pauculis hisce pereximio, atque Doctissimo
Dn. RESPONDENTI, Amico suo
 nonè multis ex sincero cordis affectu
 gratulari voluit, debuit

AMICORUM TRIGA.

SUstinet hīc GÜNTHER Specimen præstare laborum,
 Dum confert verbum, non sine laude, Dei,
 Ex quo de Christo nobis monimenta recenset,
 Illum quæ monstrant esse hominem atque Deum.


*Hec Doctiſ. Dn. RESPONDENTI amico
 suo integerrimo in perenne amicitia
 reuahit gratulabundus apponit.*

JOH. ANDREAS PFAFFIUS,
S. Theol. Cultor, Höchstenbachiā Saynanus.



- W. Cr. n. 906. 20. 44.5.
3. Gisod in Prog: 10. 18.
4. Horoh in Cantionum Canz.
5. Osiander de infelicitate impiorum.
6. Fechtius de generaōe cheriae aeterna.
7. Meyer in Psalm: Plum.
8. Schumacher in Psalm: 16. 5.
9. Schram ad Psalm: 16.
10. Gisod ad Psalm: 22.
11. Jablonowski in Psalm: 40. 7.
12. Jungst in Psalm: 40. 7. 8.
13. Jablonowski de forsione aurium.
14. Ring in Psalm: 100.
15. Schudt de Regno cheriae.
16. Gisod de Regno cheriae.
17. Gisod de Regno cheriae.
18. Lampé de Tentorū Kedar.
19. Lanpe de Lilio saronitico.
20. Cremer de Summa Sapientia.
21. Michaelis de Salomonis ad Laetitiam exhortaz.
22. Vitaloskius ad Ies: 2. 22.
23. Andreae in Ies: VIII. 414.
24. Meyer in Ies: 26. 20.

Verenfels in Ies: 63. o.g.
Halstgindan: XI. 37.
Haseus in Hag: Z. 8.
Murdinus de Gloria fili Jeoundi.
Galdwing de mysterio Trinitatis.
Bilefeld de Iesu Xto.
Hackman de Christia ejusq negotio.
Vüller de Xti adparitione in caelo.
Brumer de Filii Dei operatione.
Galixius Fides Catholica.
Witsius in Synt: Aplicum.
Wiege Theses Theolog: de rati: Xti.
Montag de LcudatAdamo Socinianorum.





41

digentiam naturæ talem indicat , quæ te aut immortalitate ejusdem consistere est. Minor inde patescit , quoniam Adæ in Paradisiaci fuit a Deo commissa. Cætu quoq; intemperie & impotentia appetitus tur esse argumento sufficientissimo , eam n defuisse. Resp. 1) ad Majorem ejus- nem distinguendo inter *passionem perfecti- um*. Si tolerantia laboris nec non famis ne integro fuit passio corruptiva , tum inde ejusdem mortalitas. Ita vero ne- . 2) Ad eandem porro Minorem dici- sitim actualē , & quidem talem , quæ & potus naturæ destruktiva , in homine ro fuisse unde , quæso , probabunt ? No- tertiani istud verbum : In homine eti- . Quod enim in probatione de appetitu situr , id ad hominem non amplius in- ijam labentem pertinet. Sin Majorem e & siti intellectam volunt , quatenus cibi ac potus naturalis , naturæq; per- quam destruktivum πάθημα , tum eam mni prorsus jure ac merito explosum

liud profugium sibi quærunt , cum dispu- non fuerat mansarū aeternū in horto Edenis , in aliam transferendus , & visione beatifica , Paradiso nondum affectus fuerat , demum do- ario fuerat moriendum , quantumvis imagi- incorruptam , neq; perdidisset dominium origi- nus. Ergo. Consecutio Majoris videtur : Siquidem primi Adami vita nondum tum animalis fuit , per eā , quæ tradun- F tur